



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

XXIII. Markgraf Ludwig gestattet der Stadt Brietzen eine Wassermühle zu erbauen, am 23. Dez. 1347.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

Vngeldariis et Theolonariis terrarum et principatum suorum sincere sibi dilectis gratiam suam et omne bonum. Prudentes viros civitatis nostre Brizen Consules et cives presentes et futuros, ipsorum perpeffis laboribus confideratis, quos constanter et fideliter nostri nomine pertulerunt, a datione cujuslibet theolonei sive Vngeldi libertavimus et proviso consilio libertare decrevimus presentium testimonio litterarum. Quare ut vobis divisim aperitur ipsos aut ipsorum alterum sine theolonei et Vngeldi exactione sive receptatione pro suis commodis et placitis pertransire faciatis, volumus, nichilominus vobis injungimus, gratie nostre sub obtentu. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Spandow Anno Domini M. CCC. quadragesimo tercio, in crastino beate Marie Magdalene.

XXIII. Markgraf Ludwig gestattet der Stadt Briegen eine Wassermühle zu erbauen, am 23. Dez. 1347.

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod Nos Ludovicus, Dei Gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie et Carinthie Sacrique Romani imperii Archicamerarius, annuimus presentibus et favemus discretis viris consulibus et universitati civitatis nostre Bryzzen, fidelibus nostris dilectis, quod infra vel extra muros civitatis ejusdem in metis et limitibus ipsius, ubi melius et convenientius ipsis expedire videbitur, unum molendinum aquis ductile de novo locare, construere vel edificare poterint, de nostra gratia seu licentia speciali, quam ex nunc ipsis largiter erogamus: quod quidem molendinum locandum, fundandum seu construendum dicte civitati meritorum suorum fidelium nobis exhibitorum et adhuc exhibendorum consideratione damus presentibus et donamus sic, quod cum omnibus suis usibus et emolumentis ad ipsam civitatem debet pacifice et quiete perpetuis temporibus pertinere. In cujus testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes sunt strenui viri Johannes de Buch, Friedericus de lochen, noster capitaneus, Valke de Lezenitz, milites, Gerek Wolff, Busso Gruelhut cum ceteris fide dignis. Datum Berlin Anno Domini M. CCC. quadragesimo septimo, dominica die ante Nativitatem Domini.

XXIV. Markgraf Ludwig erläßt der Stadt Briegen die Urbede, so wie den Zoll vom Markte und Holze, und vereignet ihr die neue Mühle, am 6. Nov. 1348.

Noverint universi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludovicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie et Carinthie Sacrique Rom. Imperii Archicamerarius, Tirolis et Goritiae Comes, nec non ecclesiarum Aquilegiensis Tridentin. et Brixensis Advocatus, pensantes et considerantes fidelitatis constantiam discretorum virorum consulum et universitatis nostre Bryzen, nobis hactenus exhibitam et in antea nobis et heredibus nostris fidelius exhibendam, et in refusione laborum et expensarum propter nos et conservationem nostri ut plurimum habitaram et etiam ob id, ut nobis nec non heredibus nostris ut veris et legitimis dominis suis sine